Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31431
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

vel alias simpliciter / summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii
procedatis illosque tanquam hereticos / iudicetis et ut tales seculari brachio
relinquatis animadversione debita puniendos / dictamque ipius Cardinalis
sententiam ubi et quando expedire videatis / auctoritate nra solemniter
publicetis / et publicari faciatis / Contradictores per censuram ecclesiasticam
appellatione postposita compescendo / Invocato ad hoc si opus fuerit auxilio
brachii secularis / Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii
pp. viii. predecessoris nri / qua cautum tenetur / ne quis extra Civitatem et dioc suas
nisi in certis exceptis casibus / et in illis ultra unam dietam a fine sue dioc
ad iudicium evocetur / seu ne iudices / a sede apstica deputati extra Civitatem
et dioc in quibus deputati fuerint / contra quoscumque procedere sive alii
vel alius vices suas committere / aut aliquos ultra unam dietam / a fine
dioc eorundem trahere presumat / et de duabus dietis in concilio generali
quam aliis Constitutionibus apsticis nec non exemptionibus privilegiis in-
dultis et concessionibus specialibus vel generalibus a sede apstica vel aliqs
concessis / que possent in hac parte vire iurisdictioni aut potestati / seu cuius
libero exercitio / quomodlibet obviare / eaque in hoc alicui nolumus aliqua-
tenus suffragari / Aut si aliquibus communiter vel divisim / a sede predicta
sit indultum / qd interdici / suspendi / vel excomunicari / seu ultra vel extra
certa loca ad iudicium evocari non possint per literas apsticas non facien-
tes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi men-
tionem / et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali /
cuiuscumque tenoris existat / per quam presentibus non expressam / ut totaliter
non inserta / et ipsius iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodlibet
impedire / et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nris sit
literis habenda mentio specialis / Dat Rome apud Sanctum Petrum
Anno Incarnationis Dominice millesimoquadringentesimo primo
.V. kl octobris pontificatus nri anno primo.